

Form. 2. y. 3.

TRACTATUS DE IVRE PATRONATUS

OMNIVM I. V. C. CLARISSIMO-

RVM, QVI QUIDEM HACTENVS EXTANT.

1693. 071.

D. Cæsaris Lambertini Episcopi Infulani.
ROCHI DE CVRTE.
PAVLI DE CITADINIS.
IOANNIS NICOLAI.

Nunc demum in unum collecti in gratiam iuristarum studiosorum: in quibus quicquid ad hanc materiam pertinet, in eaq; controversum est, adeo copiose, accurate, summaq; cum diligentia, denique ita methodicè digestum est, ut nihil omnino desiderari possit.

NUNC DEMUM multis in locis illustrati & locupletati,
& plurimis mendis repurgati.

CVM INDICE rerum & verborum copiosissimo.

LIBER PRIMVS



LUGDVNI,
SVMP TIBVS PHILIPPI TINGHI FLORENTINI

Cum Privilegio Regio.





REVERENDISSIMO AC
AMPLISSIMO VIRO D. PETRO DE PINAC,
Archiepiscopo & Comite Lugdunensi, Galliarum Primati, Domino suo colendissimo,

PHILIPPVS TINGHI FLORENTINVS S. D.



*P*rima mihi videtur ratione constitutum, vir reuerendissime & amplissime, ut qui adificant seu fundant & dotant ecclesias, aut denique earum augment facultates, ijs potestas instituendos presentandi ad beneficium vacans tribuatur. Hac enim ratione fit ut & beneficiis & liberalibus primum & gratia retribuatur, & turpissimum illud ingrati animi vitium evitetur, tum vero ut multi ad hac erga ecclesias praestanda beneficia inuitentur. Nihil enim est quod ad liberalitatem & beneficentiam magis homines stimulet, quam cum spem quandam in animis concipiunt grati cuiusdam animi, & sibi non ingratum futurum collatum a se beneficium: qua quidem spes etsi aliena sit a vera beneficentia, imo & eius vim quodammodo extinguat, cum dicitur in psalmo, & liberalitas in solo bene faciendo officio consistat sine ulla spe remunerationis hoc tamen seculo, in quo fere omnia sunt corrupta & pessum eunt, & gratia rara est, nisi quaedam retributionis spes sese offerat, paucos inuenias beneficos & liberales. Atque inde etiam ius patronatus descendit, quod nihil aliud est quam huiusmodi potestas: quod quidem cum latissime pateat, & multa ijs qui fundant, adificant & dotant ecclesias privilegia tribuat, id eo est effectum, ne male locata dicatur huiusmodi gratia. Ex quo etiam ecclesiar plurimum est profectum, eademque ratione viris ecclesiasticis, quia hac non parum remauxerit. De quo iure passim multa in iuris Canonici libris reperire licet, imo & proprius est titulus, multa ad etiam plurimi auctores scribere, in usq. CAESAR LAMBERTINVS Transensis Episcopus Insulanus. Sed quoniam ex ijs omnibus qui hanc materiam iuris patronatus attigerunt, in eaq. describenda inuigilarunt, nemo, mea quidem sententia, rem ipso accuratius, & diligentius attigit, nemo distinctius & magis aperte explicauit, nemo copiosius & plenius persecutus est: ita nihil non ad hanc materiam pertinens complecti voluit, seu rem ipsam inspiciat, seu quaestiones in foro singulis diebus emergentes seu ea qua passim de hoc iure a doctoribus tractata sunt, ille mihi in primis de iuris Canonici studiosis bene mereri visus est, & dignissimus qui prelo meo committeretur. Soleo enim ex authoribus eos maxime deligere, a quibus res aliqua copiose & plene tractatur, & in quibus liceat inuenire quicquid ad eam materiam pertinet, ut hac ratione literarum studiosos inuenem, ne de una eademque materia multos variosque cogantur emere libros. Huic autem auctori ne quid quod ad hanc materiam pertinet, deesset, adieci Tractatus celeberrimos trium excellentissimorum I. V. D. ROCHI DE CURTE, PAULI DE CITADINIS, & IOANNIS NICOLAI, idq. vel hac potissimum ratione, ut studiosis prodessem quoniam multa a Domino CAESARE LAMBERTINO, ad hoc remissive tractantur. Sed dum quaererem cui hos meos in hac parada editione labores, nuncupare, quiq. in suam clientelam hanc meam editionem acciperet, occurristi illico, vir reuerendissime & amplissime, cuius virtus, doctrina, nobilitas denique ita palam ubique clarescit, ut tanquam verum quod aliquod inter homines elucescat. Et cuius quaso tutior esse potest clientela, quam eius qui in omni disciplinarum genere excellit, & in hoc scientiarum genere familiam ducit? cuius nomini Epis-



TRACTATUS
DE IVRE PATRO-
NATVS, DOCTISSIMVS
ET UTILISSIMVS,

BASILICA SANCTI HIERONYMI
I. AMBERTINA NVNCVPATVS.

Auctore Reuerendiss. D. CAESARE LAMBERTINO *Tranensi, Iurisconsulto
praestantissimo, & Episcopo Insulano dignissimo.*

INVOCATIO.



Ntequam ad

ipsam rem deueniam, quae de paternitate mea diffido, sanctissimam indissolubilem Trinitatem, cuius hodie sacrum festum colimus, corde ac mente pia inuoco, mediantibus suffragiis virginis Dei matris gloriosissimae, patroni mei Hieronymi, ac Catharinae, totiusque curiae triumphantis, amen. Vnde humiliter

prostratus oro: Actiones nostras quantum Dñe inspirando proueni, & adiuvando prosequere, ut cuncta nostra actio & operatio à te semper incipiat, spiritus sancti gratia operari, & per te coepta finiatur, amen. Nunc consilijs de verbis Dñi dicentis: Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris; materiam iuris pat. aggredior.

DIVISIO OPERIS.

1. *Disiunctio animus inuocatur, neco preparatur, memoria reformatur & illustratur, ac cunctis tota oratio resatur perspicua.*
2. *Qua disiunctio traduntur, commodius & facilius percipiuntur.*
3. *Quaestio quid sit.*
4. *Per partes facilius deducitur ad cognitionem tantae.*
5. *Disiunctio totius operis.*
6. *Quaerit materia primi libri.*
7. *Primo liber appellabitur, iuris patronatus acquisitio.*
8. *Quis agens agit propter suum.*
9. *Quaerit materia secundi libri.*
10. *Secundus liber appellabitur, ecclesiae patronatus ordinatio.*
11. *Quaerit materia tertii libri.*
12. *Tertius liber appellabitur, ecclesiae patronatus gubernatio.*

TRactaturus igitur iuris patro. discussiones & conclusiones: quia partitio seu disiunctio animi incitat, mentem praeparat, memoriam reformat, & illustrat, ac perspicua tota reddit orationem: ut inquit gloss. in §. igitur. in versic. parit. in proce. in si. vñ dñ. f. p. ea q. diuina tradunt, commodius & facilius percipiunt. §. sed ne in primis. in li. de leg. & glo. in l. ff. de except. do.

1. Adeo, quod disiunctio diuina solet esse innumerabilis materiae breuiem compositionem, ita dicit gloss. in §. in si. de obli. f. partes enim facilius ad cognitionem totius adducuntur, materia iuris pat. seu eius tractatus in tres libros principales diuidendum duxi. Et quilibet liber suo se partes principales habebit. pars autem quoniam continet: quod vero articulos pariter: vñ cum allegari conuenit, dici poterit: puta in i. lib. in ij. par. in iij. q. in vi. artic. Et quia huiusmodi materiam iuris patronatus, cum hunc tractatum incoepimus, non repimus ab aliquo reductam, licet alij infra nominandi compilatores moderni superuenerint: nulli ordinem magis congruum excogitare potuimus, quam ipsam primordiale, essentialē & ordinatā ipsius iuris pat. sequi materiam, et ideo in primo li. tractabim⁹ quasi iura pat. creantur: quasi acquirant: & per quos: quasi ad hōes descendant: & quasi ad extraneos transferant: & per consequens, omnes modos, per quos q. pot. effici & esse ecclesiae patronus: et ideo ipsum primum librum appellabimus iuris pat. acquisitionem: quia sub eo omnia praedicta includunt. ¶ Creatis igitur patronis, deuenientius ad id, ad quod per ipsam creationem sit deuenientius: quia iuxta Philo. in 2. Physico. ¶ Omnis agens agit propter finem, & ideo in ij. lib. tractabim⁹ de p̄tatione faciendā per patronos de clerico beneficiando rectore, seu alias nūcupato, p̄tatione in ecclesijs & locis patronatis: in quibus ecclesijs p̄tatio ista fiet. Et in quibus alijs locis quis possit p̄sentari: Et quis nō. Quare & coram quibus: Et infra quantum tēpus ipsa p̄tatio fieri de superioris institutione: Et quis erit superior in iustitiam: At de oppositionibus, & litibus, quae in hōis causis fieri & oriri solent. Et postremo, an papa & legati possint p̄sentari, & in quibus p̄tationem, q. omnia ex quo tendunt ad ecclesiae patronatus institutionem, q. iuris ordinatio dici pot., et ideo ipsum secundum librum appellabimus, ecclesiae patronatus ordinatio. ¶ Ordinatio siquidem ecclesiae, quia p̄sentari habent in ea aliqua iura ad ipsius ecclesiae patronatus honorem regimē tendētia, f. in ea tractabim⁹, in quibus alijs vna p̄tatione vera honor p̄sentari: Quae onera patroni sustinere debent: & quae utilitatem ex ea percipere possunt: & quae ipsi iure pat. p̄sentantur. Quae omnia ex quo tendunt ad ecclesiae patronatus gubernationem: et ideo ipsum tertium appellabimus, ecclesiae patronatus gubernatio. Quibus libris tribus cū suis opportunis quoniam & articulis expeditis, Deo duce, erit finis huius Tractatus: & ista pro praesentis operis diuisione dicta sufficiant.

- ¶ Liber Primus, Iuris patr. acquisitio. j. pars prin.
- ¶ Prima questio prin. j. partis. j. libel.
- 1. *Qualiter diuisatur primus liber in duas partes principales.*
- 2. *In equiuocis non eorum diffinitio, nisi distinguatur.*

TRACTATUS DE
IVRE PATRONATUS
OMNIVM I. V. C. CLARISSIMO-

RVM, QVI QUIDEM HACTENVS EXTANT

D. Caesaris Lambertini Episcopi Insulani.

ROCHI DE CVRTE.

PAVLI DE CITADINIS.

IOANNIS NICOLAI.

Nunc demum, in unum collecti in gratiam iuris studiosorum: in quibus quicquid ad hanc materiam pertinet, in eaq; controuersum est, adeo copiosè, accurate, summaq; cum diligentia, denique ita methodicè digestum est, ut nihil omnino desiderari possit.

NUNC DEMVM multis in locis illustrati & locupletati,
& plurimis mendis repurgati.

CVM INDICE rerum & uerbarum copiosissimo.

LIBER SECVNDVS



L V G D V N I,
SVMP TIBVS PHILIPPI TINGHI FLORENTINI.
Cum Privilegio Regio.

INCIPIT SECUNDVS LIBER

TRACTATVS DE IVRE PATRON. BASILICA

HIERONYMI LAMBERTINA NVNCVPATI, EDITI

per eundem Reuerendum patrem L. V. D. dominum Cæsarem Lambertinum Canonicum &

Archipresbyterum Trai. Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Insulanum.

¶ Liber Secundus, ecclesie patronate ordinatio.

¶ Divisio huius Libri Secundi.

1. Libri secundi ad primam constitutionem.
2. Liber secundus quid continet, quomodoque appelletur.



Hypeditus de primo libro huius tractatus Basilicæ Hieronymi Lambertini, qui vocatur iuris acquisitio,

deueniendū est ad Secundum Librum, quem appellauimus supra in divisione totius operis, ecclesie patronate ordinatio, quis igitur

supra in d. j. lib. h. e. videmus qualiter iura pa-

tracentur, qualiter acquirantur, qualiter ad hæres descendant & quibus titulis ad extraneos transferantur, & demum in quibus ecclesiis & locis cadat ius patronatus in isto 2. lib. tractandum est, qualiter ipse ecclesie patronate ordinatio: que quidem ordinatio consistit in primo ipsius iuris p. fructu: qui est presentatio, que ad ipsius perfectionem ordinarii institutionis requirit. Pro facilliori ergo intelligentia, visum est mihi hunc secundum librum in tres partes principales diuidere. ¶ Prima vocabitur ordinationis ecclesie patronate preparatio: in ipsa enim tractabimus, qui possunt presentare, & qui non: & quid de existentibus in quasi possessione presentandi: in quibus ecclesiis: & an, & quando presentatio cadat, qui possunt presentari, & qui non: & de eorum qualitatibus, que omnia sunt preparatio ipsius ecclesie patronate: & ideo eius primam partem appellabimus, ordinationis preparationem: vt modo diximus.

¶ Secunda vero pars principalis appellabitur ordinationis ecclesie patronate actualitas, quia in ea tractabimus de ipsa actuali presentatione, j. quantum tempus presentatio ipsa sit: quo modo fiat: coram quo fiat: de variatione presentantium: quid iuris competat presentatori: de actibus successivis in ipsa presentatiōne, de discordia presentantium: & de toto processu: que ad institutionem excludit. & ideo dicitur ordinationis actualitas. ¶ Tercia autem & vitima pars principalis appellabitur ordinationis ecclesie patronate perfectio: in ea tractabimus de institutione presentantium: que institui possit, & qui non: in quibus ecclesiis institutio cadat, qui possunt instituere: presentati in discordia quo modo instituantur: de actuali institutione: quando ordinarius instituet sine presentatione: quid de legato à latere: & quid de summo pontifice, & qua huiusmodi institutio tribuit perfectionem presentatori: & non ipsa presentatio, & sic ecclesie patronate ordinatio perfectetur: ex ipsa institutione: ideo ipsa tertia pars dicitur, Ordinationis perfectio.

¶ Prima pars secundi libri ordinationis ecclesie preparatio.

1. Patronus iuris patronatus ecclesie, que, & quomodo constituitur.
2. Patronus vergens ad insipientiam, de bonis ecclesie alienare.
3. Res sine fundatio possessio est causa remissionis peccatorum, & cultum diuinum precurat.
4. Erre patronatus salus erit.



Vi proximè diximus, modo tractandum est de presentatione, que fit per patronos, fructus proueniens ex ipso iure pa ideo præmitti. patronus, qui tot & tanta prodidit ecclesie ad effectum & bene esse fecerunt, competere aliquos fructus, & secundum summas hoc tit. & max. m. G. de Trino in §. compert. j. patrono dicendum est tria patrono obperere: videlicet ius honoris, utilitatis, & oneris, & declarat ista: videlicet honorem consistere in presentando rectores in ecclesiis non collegiatis: in collegiatis vero presentando assensum electioni iam factæ, alleg. cap. vobis. h. c. tit. ¶ Dicit etiam consistere hunc honorem: quia primus in possessione incedit: & preb. honoratur, d. c. nobis, & c. p. mentis, xvi. q. 7. & c. s. gentis, q. 7. ¶ Villarem vero consistere: qui est vergens ad insipientiam: auctus est de bonis ecclesie, xvi. q. 7. c. filius, & c. i. n. que, & c. nobis. Et subdit onus consistere, quia tenetur defendere ecclesiam ab omnibus oppressionibus: & omnia ista dicit notari duobus verbis,

videlicet patrono debetur honor, onus, utilitasque: presentatæ præsit, defendit, aierit e genus. ¶ Hoc idem sequitur ibi summa Hoff. hoc tit. in j. col. ver. quid competat. & gl. in d. c. p. mentis. Inn. in hac rub. in ver. ex iure p. autem, & ibid. Abb. in c. nobis. in 2. col. & ibi omnes Arch. in c. 2. in 1. col. hoc tit. lib. 6. d. Car. in hac rub. in j. q. summa directorij iuris, hoc tit. §. vij. ¶ Et voluit prædicta Gay. in repe. c. f. de elect. lib. 6. in 3. col. cum quarto c. Reg. & la. ibidem in 23. col. & seq. ubi addit vnum, q. non solum presentatæ competunt patrono, quæ respiciunt temporalia: sed etiam proueniant de iure pa. aliqua spiritalia, quæ à doc. admittuntur: nam etiam prouenit ex iure p. pro, quia fundatio ecclesie est potissima causa remissionis peccatorum: & prouenit ex eo cultus diuini augmentum, & illius honor: propter quæ patronus satis de iure meretur: vt ibi per enm. Et alide presentariam ex iure pa. salutem, vt cito de purgatorio extantur, c. animæ defunctorum, cum pluribus iuribus ibi. ¶ Et q. competant supra scripta patrono. In honor vt iuras, & onus, tenet ap. me Pa. de cit. in hoc tract. in vj. par. in tribus primis questionibus, & per discursum, & do. Roch. similiter in hoc tract. in verbo, honorificum in verbo, onerosum, in verbo, & vtilis, & sciunt que diximus 3. in j. part. l. lib. in j. q. prin. in j. art. dum loquuntur solimus de d. f. institutione ipsa, & ista est communis omnium doc. sententia, & supra scripta omnia veniunt la. discursu in hoc 2. & 3. lib. in isto primo lib. erim tractatur, vt diximus de vno fructu honoris, qui consistit in presentatione, & sic in ordinatione ecclesie.

¶ Prima questio prin. j. part. ij. Libel.

1. Presentatio quid.
2. Presentatus presentem esse debet.




Varo primo in genere, de declaratione huius fructus iuris presentations: & ex hoc oriuntur j. scripti art. ¶ Et primus erit de definitione presentationis: quia de e primo quaerendum est: ut i. diximus 3. in j. q. prin. j. par. lib. in la. dum tractauimus de

1. definitione iuris pa. j. sic quid sit ista presentatio: & dic. q. presentatio est exhibitio quædam facta de clerico presente sentibus corporis, illius, cui fit presentatio, iura Abb. in c. ea noscitur. in 2. no. de his, que sunt à p. la. sine cōsensu episcopi, alleg. gl. bonam in ele. dudum. in verb. presentari, de sepult. quâ appropiant ibi communiter doctores, idem Abb. in c. cum p. iuris. in j. col. de appel. ubi etiam do. Prop. & do. me. Corfe. j. ex hoc inferunt Abb. & doc. prædicti presentatum debere esse presentem, & absentem non posse presentari etiam per nuntium, vt vult etiam Inn. in c. ea noscitur, de quibus dicimus j. in presentari lib. in ista par. in xij. q. prin. in eius art. sequitur prædicta do. Roch. in hoc tract. in eius principio, dum declarat terminos in j. char. ante f. 4. col. in ver. tercio quarto.

¶ Secundus art. j. q. prin. j. part. ij. Libel.

1. Presentatio in fidei, & n. 3.
2. Presentari dicitur effectus iuris patronatus, & de fructus iuris patronatus.



Et ideo Secundus erit articulus: tan presentatio sit ius, idem art. format. d. Roch. in hoc tract. in verbo, ius, in 1. q. & dicit credere, q. non: quia presentatio est actus factus: p. diximus in preced. art. in eius definitione, presentatio est quædam exhibitio de clerico presente facta & c. ¶ & dicitur effectus iuris pa. vt dicit gl. in c. j. hoc tit. sen fructus iuris: vt per Abb. & alios in consultationibus hoc tit. & per gl. sin. in c. cum Beroldus de re iud. & sepul. diximus 3. in j. art. 8. q. princ. & in j. art. xij. q. prin. j. par. l. lib. ¶ Nisi dicamus ipsum presentari esse bene factis presentationem, prout est annexa spiritali iurisdictioni, dicit ius vt sentit Abb. in c. quanto. in 3. col. de indi. ubi dicit q. presentatio est ius annexum spiritalitati, & clarior hoc decidit in c. super eo per illi. rex. de of. dele. ¶ Et videtur presentatio antequam sit deducta ad actum, est ius: postea quam deducta ad actum, est factum: vt in simili dicitur doc. to.

TRACTATUS DE
IVRE PATRONATUS
OMNIVM I.V.C. CLARISSIMO-

RVM, QVI QUIDEM HACTENVS EXTANT

D. Cæsaris Lambertini Episcopi Insulani.

ROCHI DE CVRTE.

PAVLI DE CITADINIS.

IOANNIS NICOLAI.

Nunc demum, in unum collecti in gratiam iuris studiosorum: in quibus quicquid ad hanc materiam pertinet, & in eaq; controuersum est adeo copiose, accurate, summaq; cum diligentia, denique ita methodicè digestum est, ut nihil omnino desiderari possit.

NUNC DEMUM multis in locis illustrati & locupletati,
& plurimis mendis repurgati.

CVM INDICE rerum & uerborum copiosissimo.

LIBER TERTIVS



LUGDVNI,
SVMP TIBVS PHILIPPI TINGHI FLORENTINI
Cum Priuilegio Regio.

LIBER TERTIVS TRACTATVS DE IVRE PATRONATVS, BASILICA SANCTI HIERONYMI

TRONATVS, BASILICA SANCTI HIERONYMI

nuncupati.

¶ Liber Tertius, Ecclesie patronate gubernatio.



Stendimus in duobus

precedentibus libris: videlicet. In primo, De acquisitione & translatione iuris patris. In secundo vero, de patronate ecclesie ordinatione, quae consistit ex tribus partibus, scilicet preparatione, actualitate, & perfectione: in quibus discussa est una pars fructus honoris ex iure patris provenientis, scilicet presentationis sequente, nam, ut etiam diximus in prima parte, primo, in q. primo, in articulo cum discipulus ius patris diximus ex eo procedere tres fructus, honoris, operis, & utilitatis: & ideo distinctus ius patris esse ius honorificum, onerosum, & utile: & ius honoris consistere in presentacione etiam in honore processionalis & prelationis, ut etiam tetigitur in 1. par. 1. lib. 1. tit. post divisionem illius libri, & in summis in hoc ritu, & praesertim do. Goff. de Trano concludit meum in §. competit patrono, & ibidem Host. in ver. quid competat patrono, & deo. omnes in hac rub. & pulchra gl. magistra in c. presentis, xv. q. vii. ascendendum est tria patrono competere, videlicet, ius honorificum, onerosum, & utile, & declarant istud ius honoris consistere in presentacione rectores in ecclesiis non collegiatis, & collegiatis vero presentacione electioni laici factae in c. nobis, hoc tit. & de illa parte iuris honorifici abundanter dictum est supra in secundo procedendo libro. ¶ Nunc merito, ut perficiatur hic fructus honoris ex iure patris, scilicet hoc ius honorificum patrono competere, videndum est in isto tertio libro, de reliqua parte huius fructus, seu iuris honorifici, & de aliis duobus iuribus patrono competentibus, scilicet onerosi, & utilitatis, & de aliis tendentibus ad gubernationem ecclesie patronate, iuxta nomen huius tertii Libri, scilicet ecclesie patronate gubernatio, & etiam ut tota materia sit completa, videbimus similiter in eo, cuius natura sit hoc ius spiritualis vel temporalis, ac quomodo, & quando ipse patronus hoc iure fruatur. ¶ Et quia fructus honoris seu ius honorificum non fuit totaliter discussus seu discussum, sed solum una eius pars, quae consistit in presentacione, ut proxime diximus, ut detur sibi perfectio, opere retum est in primis in presentacione, lib. de reliqua parte huius fructus seu iuris honorifici differere quae consistit in alio honore quam presentacionis: quia patronus primus in processione incedit seu processionaliter a clericis ecclesie patronate recipitur: & praesertim in omnibus in ea honoratur, in c. nobis §. ultimo, hoc ritu, & xv. q. vii. c. presentis, cum sequen. & voluerunt doct. vbi supra.

¶ Prima questio principi tertij libri.

- 1 Processionis honor qui patrono debetur in quibus consistat. au. 5.
- 2 Processionis honor, in concretis consistit.
- 3 Processio, verb. multiliter exponitur. au. 11.
- 4 Processio, seu processio, quid.
- 5 Patronus honorandus est praesertim in ecclesie patronate.
- 6 Patronus quo ordine & quo modo debeat procedere in processione solenni.
- 7 In processionibus honor maior est, si qui, quam procedere. Et quomodo id accipiendum. au. 16.
- 8 Processionis honor, magis est ponderis quam utilitatis.
- 9 Italia, olim provinciarum regna, sunt domi, terra.
- 10 Italia, olim provinciarum regna, sunt domi, terra.
- 11 Italia, olim provinciarum regna, sunt domi, terra.
- 12 Italia, olim provinciarum regna, sunt domi, terra.
- 13 Processionis honor, & alimentum ius patrono competit.
- 14 Processionis honor, quis sit, & de quibus consistat.
- 15 Patronus quomodo honorandus sit, debet esse.
- 16 Patronus praesertim honorandus est.
- 17 Processionis honor, patrono debetur, & ius honoris esse debet.
- 18 Processionis honor, patrono debetur, & ius honoris esse debet.
- 19 Processionis honor, patrono debetur, & ius honoris esse debet.

Prima Igitur questio per se offert in hoc tertio libro, in quibus consistat hoc honor, qui patrono debetur, qui vocatur processionalis seu prelationis, & ex illa questione oriuntur infra scripti articuli. ¶ Et primus est, quis & qualis sit ille honor processionalis: & in quibus consistat, & in c. frigentius, xv. q. vii. non bene exprimitur, quod sit hoc ius, sed tantum dicunt patrono deberi processionis aditum, quae omni Christiano debetur, & gl. super verbo processionis, ibi inrelligit haec verba, ut processionaliter accedatur cum patrono ad episcopatum, cum presentatur rector ad illam ecclesiam: licet Goff. post prin. h. col. in ver. competit patrono, in dicta summa huius rit. intelligat illa iura, ut hoc honor consistat quia patronus primus in processione incedit: & allegat iura praedicta, & idem facit ibi Host. in d. §. quid competat, in prin. in colum. in ver. item consistit, qui dicit huic honorem consistere in reverentia: & quia debetur ei processio, i. primus exit in processione allegat iura praedicta, & doct. in c. nobis §. vbi, hoc rit. qui rex, ponit haec verba formalia, pro fundatione quoque: ecclesie honor processionis fundatori servatur, & gl. ibi in verbo, modeste, dicit patrono deberi honorem, & nil aliud declarat. ¶ Archi. vero in d. c. presentis, in vlti. col. super d. gloss. exponit multipliciter illa verba, processionis aditum, & sic vltima expositionem gloss. exponit processionis, id est promotionis: ut per eam promovatur presbyter in ecclesia: argo, si de dona inter virum & uxorem, nam, & secundum istam expositionem restringit illa verba text. ibi, omni Christiano debetur, scilicet patrono, quasi dicat: quia patronus facit promovetur clericum ad ecclesiam, & non quilibet Christianus, & ita dicit exposuisse Lautensium. ¶ Exponit etiam processionis, id est, ius patrona, secundum H. & hanc expositionem dicit approbati per Tancre. & B. in capitulo, quia clerici, hoc ritu, in §. gloss. ¶ Dat. & aliam expositionem, quam dicit esse etiam d. H. processionis aditum, scilicet ut in processione debeat patronus, id est, iura prelatum ear. & hoc dicit spectare ad ius patrona: & ideo quendam p. hoc voluisse intelligere de toto iure patrona, videlicet, H. Tancre. & Ber. ¶ In ca. vero sequent. quod incipit frigentius, vbi sunt eadem verba, processionis aditum, qui Christiano debetur, exponi debet: ut pergat ibi contra officium iudice. ¶ Exponit etiam illa verba processionis aditum, id est, ius patrona, ut supra dictum est, nam secundum eum: processio siue processio dicitur, quae procedit, id est, augumentatur & crescit ecclesie: & est quaedam processio, quae canetur, ne sciamdem vel dilapidationem ecclesie res parantur: quae etiam providetur, ut honesti & idonei rectores eligantur: & in ea per episcopum insistantur, quae erant in charitate consociantur, dum potius ecclesie benefactoribus eamque habeant, quam aliis imminente paupertate de rebus ecclesie subvenitur: est ergo ius patrona, aditum processionis, id est, iter quo aditur processio, id est, processio ecclesie: quia non est, ut putant quidam, potestas domini, sed est sollicitudo servitii, secundum Hug. & ipse Archi. ponit in cap. monasterium, eadem questione & causa, qui processio nis aditus debet contrari Christiano. ¶ Postea Archi. ponit expositionem Goffr. de quo supra exponendo processionis aditum, scilicet ut ear in processione tonitru inter alios primus. ¶ Et sic ex precedenti expositione colligitur processionis aditum interpretari pro iure patrona, consistente in fructibus presentacionis, operis, & utilitatis: & sic totum honorem patroni consistere in presentacione, & non in alia prelatione, seu processione. ¶ Innocent. vero in hac rubric. in ver. ex iure autem dicit patrono deberi honorem, quia honorificentius recipitur, & honeste et reverentius: & in processione praesertim honoratur. Allegat dicta iura, scilicet d. c. presentis, & capit. frigentius, & postea ponit de alio honore, scilicet presentacionis. ¶ Hostien. vero in dicto cap. nobis §. fin. exponit illa verba, honor processionis, ibi opposita, ut patrono processionaliter occurratur, si talis & talis sit: vel ut primum

Cesar Lambert. Episcop.

AAAa locum